



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Godefridus Episc. Ambianensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

PVERITIAS. GODEFRIDI EPISCOPI
Ambianensis. 8. Nouemb.

S Godefridus in pago Suefionensi Frodo-
nepatre, matre vero Elifabeta ingenuis
atq; optimis parentibus in lucem editus, ab ijs-
dem quinquennis ad Abbatem Godefridum
in signi morum integritate & generis nobilita-
te clarum perductus fuit: qui puerum ex oscu-
lans, habitum religionis ei tradidit, discipli-
nisq; tum liberalibus tum monasticis diligen-
ter erudiuit. At puer à magistro tradita auidè
hauriens, monitisq; obtemperans, factis æ-
quare doctrinam, & re ipsa se talem præstare
auidius conabatur. Erat ei vultus propemo-
dum angelicus, morum vero tanta elegantia
atque maturitas, vt ijs non solum coæuos, sed
etiam natu grandiores anteiret. Erat in vigi-
lijs pernox, creber in precibus, scripturæ di-
uinæ studiosissimus, nec ex his quærens ina-
nis gloriæ iactantiam, sed interioris lucis sua-
uitatem, & lachrymarum largos imbres elici-
ens: dum se intelligentiæ pennis ad superna e-
rigeret, & quæ lectione didicerat mundorum
more animalium assidua cõmentatione rumi-
naret. Quamobrem cibi potusq; copiam velut
detrimenta intelligentiæ fugitans, non modo
superflua sed etiam necessaria corpori non ra-
rò subtrahebat, adeò vt plerumque fratribus
cibum capientibus, solus in templo medita-
tioni, siue lectioni operam daret, atq; vsque in
noctem ieiuniũ protrahens, cõfectum inedia
cor-

Obediẽtia.

*Maturitas
morum.*

Deuotio.

*Tempe-
rantia.*

Ieiunium.

corpuseulum tum demum nõ exquisitis epulis, sed pane & aqua reficeret. Os ab obtrectione & otiosis sermonibus perpetuo refrænauit, nec ad aures eiusmodi virus admittere voluit, Nõ tantum superioribus & æqualibus, sed etiam inferioribus, Christi Saluatoris exemplo, obedientem se ac morigerum præbuit; vt etiã extrema quæq; ab illis imperata, haud secus, atq; si Christus iussisset, sine mora exequenda susciperet. Portionem vini, quæ illi apponebatur, nunquam visus est hausisse totam, sed plerumq; mediam, sæpissimè totam egenis impertijt, idem faciens de piscibus & alijs rebus esculentis. Cunctis deniq; ceu speculũ ob oculos erat positus, vt facile quiuis in eo posset animaduertere, quantum à perfectionis culmine abesset.

Abhorret
detractio-
nibus.

Obediẽtia.

Vini fugi-
tans.

EX VITAS. MARTINI EPISCOPI TV-
*ronensis, scripta à Seuero Sulpitio eius discipu-
lo 12. Nouem. Sur. Tom. 6.*

EGregius planè & omni laudi dignissimus Martinus Sabariæ Pannoniarum oppido oriundus, sed intra Italiam Ticini altus, parentes habuit seculi dignitate nequaquã infimos, sed gentiliũ nefariæ superstitioni miserè (pro dolor) deditos. Pater eius tribunitia dignitate honoratus, animi & corporis vires militari gloriæ consecrauerat, filiumque inuitum planè ad eadem stipendia primum sub Constantio, deinde Iuliano facienda adegit. Ipse enim

enim